

XIII

per annos singulos venire ad nos, et ead expectare a nobis. **S**ed et illud non ce labo vos, quod mihi deus ad gloriam nominis sui prestitit. Descenderam aliquando ad civitatem et inveni ibi vix quendam doctorem manicheorum, seducentem populos, cum habuisset conflictum fimonis. Sed quia erat verus nimis, et concludere eius verbis non poteram, veritas ne auditorum turbe lederentur, si ille quasi superior abcessisset in verbis, audientibus turbis dixi. Accendite ignem plurimum in medio platee, et ambo intremus in flammam, si quis nostrum ex ea non fuerit adustus huius vera fides esse credatur. **Q**uod cum dixissem valde placuit populo, et continuo ignis accenditur plurimus. Tunc ego apprehendens eum, cepi mecum perambulare ad ignem. Et ille non ira inquit, sed vniuersi quos nostrum singularem ingrediatur. **P**rimus tamen debet intrare qui hoc proposuisti. Et ego in nomine christi consignans memetipsum, ingressus sum ignem. **F**lamma vero huc illucque dividi ac dispersi, et refugere penitus a me cepit. **E**tenim in medio ignis dimidia fere hora, et in nomine domini in nullo penitus lesus sum. **E**identes autem populi, cum ingenti admiratione acclamaverunt et benedixerunt deum dicentes. **E**stabilis deus in sanctis suis. **C**eperunt autem virgere etiam manicheum ut introiret in ignem. **S**ed ille reluctari cepit et subtrahere se. **T**unc comprehendentes eum turbe iniicerunt in medium ignis, et statim circumdantes eius flamma atque adurens semivivum reddidit. **E**t illi quidem cum dedecore ex parte populus cecit, clamans et dicens, vixit ardeat seductor. **S**e vero assumptentes se cum benedicerent dominum, ad ecclesiam perducunt. **A**lio quoque tempore dum transirem iuxta templum quoddam, vidi ibi sacrificare gentes, et aio ad eos. **C**ur vos cum sitis homines rationales, immolatis muvis et insensibilibus simlacris. **N**onne enim vos multo magis sine sensu estis, quam illi quibus immolatis. **A**d hunc

sermonem dominus aperuit eis intellectum, et relinquentes errorem suum quem agebant, secuti sunt me, et crediderunt saluati nostro deo. **F**uit michi aliquando ortulus monasterio vicinus, in quo prope advenientes fratres, olera colere videbamur. **Q**uidam autem gentilis ingressus est nocte, et furans est olera. **Q**ue cum pertulisset ad domum suam, igni apposuit ut coqueret. **C**umque tribus horis continuus ingentem igne suggerito, neque fervere neque mollescere, aut calefieri aliquatenus potuissent, sed permansissent eadem viriditate quasi ollamissa fume, et neque aqua quidem ipsa vel leviter calefieri potuisset, in semetipsum regressus ille qui furans est, crepta turris de foco olera, reportabat ad nos, et prosternens se ante pedes nostros rogare cepit ut peccati sui veniam inereretur, et fieret christianus, quod et impetravit. **A**ccidit autem eadem die hospites venire ad nos plurimos fratrum, quibus oportune olera ipsa parata sunt. **G**ratias ergo referentes domino pro mirabilibus suis duplicem letitiam gessimus, et pro salute hominis et pro beneficiis divinis.

De sanctis Hero Isaia et Paulo.

Herobas et adhuc etiam hoc abbas Hero aliquando et Isaias et paulus occurrerunt sibi invicem ad ripam fluminis. **E**rant autem isti viri iusti summe abstinentie et totius religionis. **S**i pergebant visitaturi sanctam quendam virum nomine Anuph. **A**berat autem monasterium ad quod ibant mansionibus tribus. **C**um ergo vellet transire fluvium, nec esset copia transire, aiunt inter semetipsos. **P**erpetamus a domino gratias, ne impediatur nobis boni operis iter. **E**t conversi ad abbatem sicut in aiunt percapite a domino, scimus enim audiri te, quia prestabit tibi que petis.